Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



531

sic fiat dñe sacrificiũ meum · in spũ humili
tatis & in animo contrito / ut acceptabile suscipiat
p toto genere humano · Ecce ignis de celo de
scendit · & duos principes quinquagenarios cũ
suis deuorauit / quia uota & sacrificia patri
archæ & pphetæ · & omniũ illi temporis fidelium
spe sua & gratia flamma cremauit · Sed nunc
obsecro · quæ te solũ dñi filiũ diligo / quæ te die
noctuq; sitio / quæ in te dñ salutari meo ex
ultare non potero / in te uidere · in oris tui oscu
lum suscipere meruero · Unde obsecro · ut mise
ratis animæ meæ · tu qui filius es miæ · qa tempus
miserendi instat / qa tempus redemptionis appro
pinquat · SEQVITVR.

LOQVITVS est autem angelus dñi ad he
liam dicens · Descende cũ eo / ne timeas · Sur
rexit ergo & descendit cũ eo ad regem / & locutus
est ei · Hæc dicit dñs · Quia misisti nuntios ad
consulendũ beelzebub dñm accaron · quasi
non esset deus in israel · a quo possis inuocare
sermonem · idcirco de lectulo super quem ascendisti non
descendes / sed morte morieris · Mortuus est
ergo rex ochozias iuxta sermonem dñi · quem locu
tus est helias / & regnauit ioram frater eius pro eo /
anno secundo ioram · filii iosaphat regis iuda ·
Non enim habebat filium · Reliqua autem uerborum ochozi
hæ quæ operatus est / nonne hæc scripta sunt in li
bro sermonũ regum israhel ·

CVRVATIS genibus ad heliam loquitur
angelus / quia beatissima uirgine redemptio
nem mundi tanquam gemitibus imploranti filiũ suũ promouere deus pater ab æterno disposuit /
dicens ad unigenitũ suum · Descende in incar
nationis tuæ mysterio · cũ eo qui te requirit
fidelium populo · p toto genere humano / ne
timeas factus homo · in passionis tuæ my
sterio · Helias surgit / cũ filius dei · p suam sanctam suam
incarnationis mysteriũ instituit · Helias ad
regem descendit / cũ filius dei · p suam natiuitatis
mysterium · genus humanũ inuisit · Helias lo
quitur regi / cum filius dei apparens in carne
predicat humano genere · Hæc dicit dñs / quia
uerba quæ ego loquor · ame ipso non loquor /
quæ uerba sunt uita & spes · Hæc dicit dñs · hæc
dicit spes ses / cui dicere est incarnationis
& passionis meæ sacramenta dispensare ·
Quia tu o humana natura · a deo creatore
mirabiliter formata · & in paradiso subli
miter collocata · ad consulendũ beelzebub
dñm accaron nuntios misisti / cũ tuos sen
sus in delectationem carnalitatis defixisti ·
Quasi non esset deus in israel · a quo possis inuoga
re sermonem · quasi non haberes a creatore deo
insita rationem / p quam adiutus inimici sug
gestionem possis habere contrarium responsio
nem & repugnationem · Ideo de lectulo su
per quem ascendisti non descendes / qa uolun
tariam delectationem peccati · quam tu morte
cordis tui contraxisti · tua uoluntate non de
pones · Sed morte morieris / qa morte
mea · ab originalis peccati uinculis li
berabis · Morte morieris / cũ in baptismo
in expedieris · Morte morieris / cũ p mor
tem carnis · requiem spe consequeris ·
Ochozias iuxta sermonem dñi moritur · quem he
lias loquitur / eũ genus humanũ · p sui spem gratiam
in baptismo a uitiis & peccatis eripit / sicut
p xpm raptorem in euangelio docet · Euntes
docete omnes gentes / baptizantes eos in no
mine patris & filii & spiritus sancti · Qui crediderit &
baptizatus fuerit / saluus erit · Ioram frater eius
p eo regnat · qui excelsius sonat / qa gentium
populis sententia & uita [illegible] excelsius · ec
clesie regno ubique terrarum exultat · Anno
secundo ioram · filii iosaphat regis iuda · Iosa
phat rex iuda · ex xpo · sicut in superioribus diximus / cui ioram filius est gentium populis / cui
secundus annus · in nouo testamenti cultus · Ocho
zias non habet filium / qa genus humanum · in
parte infidelium · non habet eius hereditatem